Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8479
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



nubus orauit dicens: Pater si uis transfer ca
licem istum a me. Uerumtamen non mea uo
luntas: sed tua fiat. Apparuit autem illi angē
lus de celo confortans eum. Et factus in ago
nia prolixius orabat: et factus est sudor eius
sicut gutte sanguinis decurrentis in terram.
Et cum surrexisset ab oratione et uenisset ad dis
cipulos suos: inuenit eos dormientes pre tris
cia. Et ait illis. Quid dormitis: surgite ora
te: ne intretis in temptationem. Adhuc eo lo
quente: ecce turba et qui uocabatur iudas u
nus de duodecim antecedebat eos. et appropin
quauit ihū: ut oscularetur eum. Ihs autem
dixit ei. Iuda osculo tradis filium hominis:
Uidentes autem hi qui circa ipm erant quod
futurum erat: dixerunt ei. Domine si percu
timus in gladio: Et percussit unus ex illis seruū
principis sacerdotum: et amputauit auriculā
eius dextram. Respondit autem ihs ait illi. Sini
te usq; huc. Et cum tetigisset auriculam eius:
sanauit eum. Dixit autem ihs ad eos qui ue
nerant ad se principes sacerdotum: et magistra
tus templi et seniores. Quasi ad latronem ex
istis cum gladiis et fustibus. Cum cotidie uo
biscum fuerim in templo: non extendistis ma
nus in me. Sed hec est hora uestra: et potestas tene